VALENTINUS
DE MEMBR.
EJECT.
1621

JUSSIEU B.
DE SECRET.
BILIS
1719

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
1) VALENTINUS
2) JUSSIEU, B. de

65883/A

XVIII 5

OBSERVATIO ADMIRANDA
DE EIECTIONE MEMBRANARVM

Sanguinolentarum per ſeceſſum formam viperę referentium,

Vbi de fluxu Hepatico larga fiet diſputatio.

Auctore, Valentino Iuniori, medico ac Phyſico Veneto.

AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM IVANEM Baſadonam Nobilem Venetum.

CVM PRIVILEGIO.

Cum pondere



Surgit in altum

VENETIIS, MDCXXI.

Apud Petrum Milocum.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
1787

ILLVSTRISSIMO DOMINO IVANI BASADONA NOBILI VENETO

Doct[illegible]tinus.

S. P. D.

POſtquam annis elapſis cum eſſem in Galia, curationem notatu dignam cuiuſdam viri clariſſimi accepiſſem: & magna cura, & vigilia, ſalutem præter omnium ſpem, adeptus eſſet, a multis, naturaliter curari non poſſe, imo nec talem ægritudinem, cauſas, & ſymptomata nos cognouiſse, credebatur. affirmantes, potius caſu, & fortuna curationem nos compleuiſſe, quam ratione. quod cum ferre non poſſem, decreui id acuratè perquirere, tum vt ipſis ſatisfacerem, tum quia caſus admirandus mihi dignus notatu videbatur, vt ſi aliquando ſe occaſio tuliſſet, communi omnium beneficio, in lucem ederetur. Sed quia cognoſco ingenij mei tenuitatem, id nolui tentare, et ſi ab amicis incitatus: niſi quando te virum Illuſtriſſimum cognoui. parentum nobilitate præclarum, & ingenij tui acumine, & dignitate vndique circunſpectum, a cuius patrocinio certo ſcio, me non ſolum ab imbidorum aculeis nō lædi ſed potius tamquam a palma in altum releuari. Palmæ inquam

conſtantia,non immerito poteſt inſigniri: ſiquidem in
omnibus adminiſtrationibus,quas tibi Sereniſſima Re
publica commiſſit,palmam tulliſti. Siue quando Iul
patria , inter arma gubernaſti;ſiue quando in tuæ pa
triȩ limitibus,in aduocatoris dignitate, ita te geſſiſti
vt omnes vna voce proclament,Iuſtitiam, humanita
tem,& eloquentiam, quam in cauſis protegendis ſem
per habuiſti.Vnde,non ſolum Senatorem,ſed & conci
liarium Sereniſſima Reſpublica te creauit. Sed qui
mirum ſiquidem in te nulla vitæ pars,neq; publicis,n
que priuatis,neque forenſibus,neque domeſticis in re
bus;neque ſi tecum agas,quid,neq; ſi cum altero contr
has,vacare officio poteſt.quandoquidem in animo te
nes in eo excolendo ſitam eſſe vitæ honeſtatem & in n
gligendo,turpitudinem.quid in quam mirum ſi neq;pr
tio,neq; gratia,neq; periculo,nec ſimultate a via rect
deduceris,neq; ab vlla re honeſta,periculi, aut labori
magnitudine diſcedis.accipe igitur vir illuſtriſſime
tui clientuli munus vt illud tua dignitate protegas &
a calumnijs eorum defendas,quibus bonis rebus abut
& optima quæq; in venena conuertere ſolemne paſſim
eße ſolent. Vale.

CAPITVLA IN QVÆ HIC
Liber diuiditur.

Caput. 1. de introductione huius obſeruationis admirandæ. pag. 1
Caput. 2. obſeruationis enarratio. pag. 4
Caput. 3. de ratione propterquam hæc obſeruatio ſit admiranda. pag. 9
Caput. 4. de nomine & eſſentia huius, affectus. 14
Caput. 5. de loco à quo exibat ſanguis & per quam particulam. 21
Caput. 6. quomodo exibat ſanguis & in qua parte formabantur membranæ. 33
Caput. 7. de ſignis huius affectus. 36
Caput. 8. de cauſis in generali & particulari tanti mali. 44
Caput. 9. de prognoſtico in generali & particulari. 54
Caput. 10. de indicationibus. 61
Caput. 11. de curatione particulari facta ægroto. 64

Cuiuſdam amiſci ad Auctorem.

Valenci, ingenium ſapis paternum,
Sic ex pectore candidus modeſtus,
Te iam nunc teneris apollo in annis
Lauro veſtit, & admouet labellis
Auſtos aonię ex lacu meones.
Dij faciant ſupeſtes vt ſis:
Omnino vt deferas decus paternum:
Et cunctos ſupereſt medendi in arte.

Eiuſdem ad Auctorem.

Te ſimilem patris plaſmauit doctus apollo,
Patris quo maior nullus in orbe Iacet.

TABVLA RERVM NOTABILIVM

Quæ in hoc opere continentur.

A

Admiratio ab ignorantia procedit. pa. 14
Admirationis nomen non ad placitum. 14
Æger noſter quid cenabat ſecunda nocte. 65
Ægritudo hæc eſt rarior omnibus quas adhuc vidimus, & admirabilior. 3
Æger noſter erat deditus venationi. 4
Aegri macilentia. 66
Aeger intrauit aquam veſtibus indutus. 4
Æger cecidit cum equo in lutum. 6
Aeger erat nimis ematiatus. 66
Aeger ſanitati fuit reſtitutus. 90
Aeger ſe occidere volebat. 74
Affectus idem, poteſt eſſe, & ſymptoma et morbus. 15

Animalia imperfecta diuiſa viuunt. 3
Anoſtomoſis. 34
Animi deliqui in vrinando cauſa. 51
Animi deliquia inuſitata. 83
Aqua tepida vomitum facit. 66
Aquę potus magnus noſcius ęgro. 77
Aquæ chamomilæ proficuum. 77
Aqua capponis optima. 83

B

Butyrum vomere fecit. 83

C

CAlore debilitato ex profluuio ſanguinis quid euueniat. 55
Cardiaca afficiebatur ęger ſi quando vrinabat vinum non accipiebat.
Cauſæ omnes huius affectus. 44
Cauſæ particulares noſtri caſſus. 44
Cauſæ procatarticæ noſtri caſſus. 44
Cauſæ antecedentes noſtri caſſus. 44
Cauſę retentionis ſanguinis in inteſtina. 44
Cauſa praui odoris excrementorum. 55
Cauſa periodorum in eiciendis membranis. 55
Ceratum pro ſthomaco. 88
Clyſter anodinus. 66
Concluſio explicata. 22
Conſultatio cum Domino Mochaldo. 66
Corpora impura a nimio cibo læduntur. 77
Cubiculum male olebat.

Dy-

D

DYſenteria hepatica ab illa inteſtinorum diferentia. 17
Diferentia fluxus hepatici ab Hemorrhoidali. 21
Diapedeſis. 34
Dyſenteria hepatica incipiens difficulter curatur inueterata numquam. 54
Diabrroſis. 34
Dyſenterię preuidentia. 74
Dyſenteriæ euentus. 75
Dyſenterię curatio. 76

E

EMplaſtrum ſthomaco. 69
Epithema cordi. 80
Extremæ partes habent acerrimum ſenſum. 23

F

FEbris ſigna. 43
Febris incretio poſt cibum ſignum hecticę. 43
Ferneli autoritas explicata. 31

H

HAemorhoidalis ſanguis citra ventris lęſſionem eicitur. 21
Hæmorhoidalis ſanguis qualis ſit. 22
Hæmorhoides internę aqua vena dependeant. 23
Hepaticus fluxus aqua intemperie fiat. 20
Hepatis ſima per ventrem, gibba per vrinas expurgatur. 24
Hepati linimentum. 69

He-

Hepar etiam corpore pleno poteſt roborari. 70

Hiſtoria curatiua curationis. 64

Homo quare obnoxius ſit accidentibus præ ceritis anti mantibus. 2

I

IEcur duobus modis intemperatur. 19

Iecoris intemperantia calida cognoſcitur. 39

Iecoris cauæ partis inflamationis ſigna. 42

Iecoris obſtructionis inditium. 42

Iecoris natiua intemperies calidior, ſanguinis excretionem cauſare poteſt. 46

Iecoris inflamationi ſequitur obſtructio. 42

Inferiora latioribus ſuperioribus ſunt ſubiecta. I

Inferiora mediante lumine & influentia impreſſiones recipiunt. I

Intemperiei ſiccæ ſigna. 45

L

LActis exibitio. 78

Linimentum hepati. 79

M

MEllis roſati colati proficuum. 86

Medicamen leue. 83

Membranarum eiectio. 80.82

Membranæ vbi generabantur. 36

Medicamentorum purgantium vis, qualitas occulta eſt. 2

Mem-

Membranarum eiectio quando incepit. 7
Membranarum forma & longitudo. 7
Medici ſenes numquam hanc ægritudinem legerunt. 10
Membranæ eiectæ viginti palmorum. 11
Membranæ obſtructionem faciebant. 43
Morbus primus intemperies hepatis. 15
Morbus ſecundus obſtructio erat. 15
Morbus tertius febris. 16
Morbus quartus. ſolutio continui. 16
Morbus ſeu affectus quintus eſt ſymptoma in exeunte mutato membranarum. 16
Morbus ſeu affectus ſextus eſt ſymptoma in actione diminuta concoctricis ventriculi. 16
Morbi nomen ceteros includens eſt pſeudo fluxus hepaticus. 17
Mutilatio membri ſanguinis eiectionis poteſt eſſe in cauſa. 45

N

Nouitas rei admirationem cauſat. 2

O

OBſeruationis enarratio. 4
Obſeruatio quare ſit admiranda. 9
Obſeruatio non iactantiæ cauſa inſcribitur admiranda. 9

Obſeruationis admiratio ex parte ægritudinis. 10
Obſeruationis admiratio ex parte curationis. 14
Olei amigdalarum dulcium propinatio. 8[illegible]

P

PArticula a qua exibat ſanguis. 2[illegible]
Periodi cauſa in eiciendis membranis. 5[illegible]
Pleureſis vnde orta in noſtro ægroto. [illegible]
Pleureſis non expurgata in 14. dies tranſiuit in em-pyema. [illegible]
Prognoſticum generale huius affectus. 5[illegible]
Prognoſticum fit ex comparatione virium cum mor-bo. 55[illegible]
Prognoſticum ex vomitu ſanguinis. 5[illegible]
Prognoſticum ex excretionibus libidis. 5[illegible]
Pſeudo fluxus hepatici cauſa. 4[illegible]
Puluis contra vermes. 8[illegible]
Puluis digeſtiuus. 8[illegible]

Q

QVid in hoc libro tractetur precipue.
Quot modis exeat ſanguis è venis. 3[illegible]
Quid cenabat prima nocte. 6[illegible]

S

SAluatelæ phlebotomia. 85
Sanguinem emanare ab emorhoidibus Dominus Mochaldus credebat. 65
Sang. profuſſio per reſudationem vel corroſionem nõ facile ſanatur. 61
Sanguinis profuſſio cauſat ſuffocationem. 61
Sang. profuſſio mortem poteſt cauſare. 61
Sang. profuſſio toto genere præter naturam. 60
Sang. infra deiectum nigrum bonum quomodo intelligatur. 58
Sanguis qualiſcumque ſupra deiectum malum. 58
Sang. concretio ex ipſius temperamento prouenit. 50
Sang. in ventriculum effuſus vomitum facit. 17
Sang. deiectio incepit poſt empyema. 7
Sang. Naturæ teſaurus. 12
Sang. profuſſioni quæ ſequntur incommoda. 12
Sang. quando putreſcit in quod conuertitur. 13
Sang. ab hepate quadrupliciter exijt. 18
Sang. deiectio cum bilioſis et prauis ſuccis lienoſis & maniacis prodeſt. 18
Sang. fęculenti excretio inter hepaticas dyſenterias numeratur. 19
Sang. diluti excretio hepaticum fluxum facit. 19

San-

Sanguis per quos ramos venarum exibat. 211
Sang. per miſeraicas ventriculi ſi exiret vomitum faceret. 277
Sang. per miſeraicas ventriculi ſi exiret obſtructionem faceret. 277
Sang. per miſeraicas ventriculi ſi exiret inapetentiā faceret. 300
Sang. quot modis exeat è venis. 344
Sang. per anoſthomoſim, & diabrroſim in noſtro ægroto exibat. 344
Sang. exire non poterat per diapedeſim. 35
Sang. exire non poterat per ruptionem. 35
Sang. excretio quando a calore, calidum inatum diſſipante proficicitur. 388
Sang. excretionis cauſæ. 44
Sang. ſupreſſio eiuſdem excretionis cauſa eſt. 45
Sang. excretio ex violento motu. 46
Sang. excretio a calore & frigore nimio. 46
Sang. omnes humores complectit. 49
Sang. ſtatim extra venas concreſcit. 50
Singultus ſuperueniens ſanguinis fluxui malum. 58
Sitis cauſa in noſtro ægroto. 54
Signa communia fluxus hepatici imminentis. 37
Signa hepatici fluxus præſentis. 37
Singultus ſequitur iecoris inflamationem. 42
Sol ſecundum diuerſam materiæ diſpoſitionem diuer-

ſos

ſos effectus facit. 1
Sthomaticonis deſcriptio. 87
Sthomaci inunctio. 77
Syrupus aſtrictiuus. 85
Symptomata quando indicant. 62

T

Tabellæ cordiales. 77

V

VAſsorum intemperantia calida cognoſcitur. 39
Vaſsa quando ſunt refrigerata. 40
Venulæ per quas fluxio fiebat. 25
Venæ portæ diſtributio. 25
Ventriculi frigidæ intemperiei inditium. 44
Ventris dolor remediatur. 66
Ventriculus roboratur. 68
Ventriculus etiam corpore pleno roboratur. 70
Victus ratio in noſtro ægroto. 71
Victus humidus celerius nutrit. 72
Vermis eiectus. 81
Vermis duodecim cubitorum longitudine. 10
Virtus fortis ſuferſt omnia. 5
Vinum quibus aſſectibus medeatur. 53
Virium ſolutionis cauſæ & ſigna. 56
Virium oppreſſionis cauſæ & ſigna. 56
Vnctionibus quare corpore pleno vſi ſimus. 69

Vri-

Vrina erat turbida niſi vno aut altero die ante acceſ-ſionem.
Vrina turbida quare. 55
Vrina turbida & fætida quid prognoſticet. 55

Z

Zulapium atemperans. 57

FINIS.

OBSERVATIONIS ADMIRANDÆ

Introductio. cap. 1.

HÆC inferiora, lationibus ſuperioribus eſſe ſubiecta (philoſophię, princeps Ariſtoteles) demonſtrat: eademq; mediante lumine, & influentia innumeras aſtrorum impreſſiones recipere, quotidiana docet experientia. Nam motus ſolis ſub circulo obliquo, cum ſit cauſa vniuerſalis generationis, & corruptionis ſubiectorum: ſecundum diuerſam ſtellarum configurationem, vel materiæ diſpoſitionem, diuerſos modos commixtionis, ſeu effectus procreat. Vnde etſi ex eiſdem cauſis vniuerſalibus, eademq; materia ex tali ſeu particulari modo mixtionis nobiſq; incognito, effectus ſenſui noſtro, latentes eue-

Ar. li. 1. meteorũ

Ar. de ortu et interitu c. 10.

eueniunt. qui propter nouitatem,ſeu ra-
ritatem, magnam nobis admirationem
pariunt. Et occaſionem ſpeculandi, &
altius cauſas inueſtigandi præbent,quæ,
quanto magis inuentu difficiles fuerint,
tantomagis mirandi Iudicantur effectus:
quis etenim(in tanta autorũ controuer-
ſia,& opinionum diuerſitatem.) Cau-
ſam veram tractionis determinati hu-
moris in purgantibus catharticis inue-
nit? quis in febribus periodicis, certam
periodi cauſam demonſtrauit? quis in
magnete,& ambra, vt vnus ferrum, al-
ter paleam ad ſe ſtrahat, rationem de-
dit? Omnes ſiquidem diuerſum modum
mixtionis hoc efficere defendunt:& hãc
virtutem operandi, qualitatem ocul-
tam eſſe, & inde admiratione, & conti-
nua ſpeculatione dignam proclamant.
ad quem modum ſicuti in magno ita &
in paruo mundo(homine ſcilicet)quoti-
die,monſtruoſa, & noua,nobiſq; inco-
gnita pululant accidentia: tantoq; ma-
gis noſcibilia creaturę, quantomagis ip-
ſius principijs cõtraria. Vnde euenit ho-
minem magis cæteris animantibus, ſ-
uis,& diuerſis accidentibus afflictari co-
tinuo. Nam cum omnium animalium
per-

perfectiſſimus ad imaginem dei ſit crea tus; perfectionem in principijs, ad ſui cõ ſeruationem requirit. Secundum id anxioma philoſophorum, bonum ex integra cauſa, malum ex quocumq; defectũ. ergo quanto plus euentus, huic perfectioni aduerſabitur, tanto plus homini nocebit. Cæteris viuentibus inoxijs, quorum eſſe, in inferiori gradu perfectionis conſiſtit. vnde quotidie experimur, imperfecta animalia, etſi diuidantur vita frui poſſe. perfecta verò nequaquam. ex quo clare patet quomodo michrocoſmos iſte, (homo) non ſolum externis temporum iniurijs, & fortunę euentibus: ſed internis etiam, ægritudinum diuerſis ſympomatibus, mirandiſq; accidentibus, præ cæteris animalibus, contriſtetur. tum ex aſtrorum diuerſis configurationibus, temporum differentijs, & vitæ inſtituto: tum ex diuerſa humorum putredine, ſeu permixtione ex prędictis procatarticis cauſis genita, ſeu ex intrinſecis, & magis nobis occultis procreata. Sed quia inter omnes ægritudines, quas vſq; adeo cognouimus & curationem habere exiſtimamus: nullam magis raram nullam difficilioris curationis, nullam quæ

Animalia impfecta diſecta.

Ar. li. 2. de animali.

ægritudo hec rariſſima.

magis ægrotum extenuauerit & in vit
diſcrimen aduxerit : ex titiſſe credid
rim.quam quæ in præſenti obſeruati
ne declarabitur:ideo eam admiranda
apellamus,vt latius infra explicabim⁹,
primo enarrationem integram prop
ſuerimus, vt id de quo agitur omnib
clare eluceſcat.

Obſeruationis enarratio. Caput 2.

ERat igitur circa regulam æques.q
dam tam nobilitate præclarus, q
diuitijs opulentus: Dominus de ma
ques appellatus.cui filius erat,vnicus,
minus de Suferta, ab vtroq; parente m
ximè dilectus:& ab omnibus propter l
nam ſui in dolem ſtimatus.qui inter al
exercitiorum genera, maximè erat de
tus venationi. Vbi quantum poterat p
ſiſtebat& multoties pedeſtris inſudaba
Sed cum fortuito, quemdam paſſere
lum inter alios quos ſclopeta occidera
in riuulum de ſuper fluẽtem,incidiſſe
abſq; alia conſideratione, quam vena
di appetitu ductus, veſtibus, vt erat in
tus,ad femur vſq; aquam frigidiſſima
intra-

ægerat debitus venatio ni.

æger aq̃ intrauit veſtitus.

intrauit.quam quę aucupauerat auiculã, etſi ſuo magno detrimento, veluti piſcatus eſt. quod cum eſſet, hyberno tempore, nec tan cito habitum mutare potuiſſet: corpore frigefacto, malam qualitatẽ contraxit, & inde febricula quadam, veluti tertiana laborare cępit. non talis tamen vt illum opprimeret, aut lecto detinere valeret: nam virtus fortis ſuſteſt & ſuſtinet omnia: cum ipſe vix decimum octauum annum attigiſſet, & ſatis forti complexione eſſet donatus. erat enim a prę dominio, melancholicus: licet tunc bilioſus ſuccus, ſanguiniſq; copia redundaret, quod ex calore, & ſudoris copia, in fine paroxiſmorum facile percipiebatur. Cum igitur paucis interiectis diebus. ægroti auuncula quę ibi per aliquot dies extiterat, burdigalam domumq; ſuam abire decreuiſſet: ipſe vrbanitatis gratia, illam comitari volens, diluculo ſurgit è lecto, totus ſudore madefactus, & ex febri quam per totam noctem habuerat defeſſus. animumq; recipiens, ſtatim ſatis magnum equum aſcendit, & ipſam, etſi renuentem comitari aggrediebatur. Sed vbi diſceſſit magnum in procliue & velocem fecit curſum: in cuius

ſine cum aqua fuiſſet retenta , lutiq; ſatis profundi, & viſcoſi quantitas: non potuit, non fieri, quin equus impetuoſe rueret, atq; equitantem ſubſe comprimeret. Vnde cum nobilis hic iuuenis poros haberet apertos, debiliſq; eſſet ex precedenti ſudore, magnum frigus recepit : quod materias ad pleuram comprimēs, lateris dolorem ſeu pleureſim cōcitauit: quam ægritudinem cum ipſe non cognouiſſet: exiſtimaſſetq; hæc omnia robore Iuuentutis, facile ſe poſſe ſuperare : parui fecit in principio, nec ſibi phyſica petijt remedia applicari. verum Cum ægritudo breuiter inualuerit, ſymptomatūq; copia ægroti vires viderētur obrui. Proximiores medici a parentibus fuerunt apellati, qui quidem tunc temporis ægrotum phlebotomari. Iuſſerunt ac cętera quæ pro occaſione videbantur neceſſaria applicare fecerunt. cęterum cū aliquanto, ijs remedijs melius habuiſſet: & ideo amplius medicos non accerſiret curatio imperfecta, ſeu ut ita dicam, māca fuit relicta. Vnde cum tarde principijs ægritudinis obſtatus fuerit, & in fine non ſatis ſuper que prouiſſus. Factum fuit, vt in quatordecim diebus, non potuiſſet

Æger incidit in lutum.

tuiſſet

tuiſſet expurgari . Vnde, in empyema cum febricula continua pleureſis fuit mutata. Secũdum id quod Hip. 5. li. aph. ſext. 8 recẽiet. Sed quãdo iam ex empyemate poſt multa remedia, melius haberet. tandem in graue ſymptoma incidit. ſcilicet in ſanguinis, puri magna eiectione, cum membranis decem palmorum longitudine, diuerſæq; magnitudinis, & paruitatis: ex pura maſſa ſanguinaria cõflatis. quas per interualla redebat, præcipue ſeptem dierum, etiam ſi tempore intermedio, aliquãdo ſanguinem euomuiſet. membranę tamen vt in plurimum die ſabbati apparebant. cui malo circa trigeſſimam diem cardiaca paſſio acreuit: qua multoties aflitabatur, præcipuè ſi toties, quoties vrinabat vinum non acciebat. ipſoq; accepto ſtatim bene habebat. Cum tamen in vrinando, nulla eſſet difficultas, nec dolor, ſabulũ ve quodcũque erat tamen turbida vrina niſi vno aut altero die ante excretionem illam , quo tempore clarriſſima & maxime tenuis reddebatur, & per aliquot horas, cubiculum ſatis male olebat, & in ipſa eiectione, ita male, vt neque in tota domu nos poteramus contineri. Poſtea tamen

æger multoties animi deliquio correp[illegible] in vltimam ſpem nos aducebat. præ[illegible] puè quia ita erat matiatus, & toto cor[illegible] re conſumptus, vt omnia oſſa veluti [illegible] ſcheleto, libere paterent: cutimque ip[illegible] adderere eſſet conſpicum. Vnde fac[illegible] Hippocratica & cætera quæ circa h[illegible] deſcribit Hip. haud dubie in noſtro [illegible] groto inueniebantur. vt ſitim inſupe[illegible] bilem taceam, qua multoties præme[illegible] tur: aliaq; magis particularia accidēti[illegible] de quibus in diſcurſu obſeruationis, f[illegible] diſputabimus. ex ijs omnibus veluti [illegible] maris fluctibus, Dei adminiculo ta[illegible] quam ab experto nauta adiuuatus, & [illegible] ſtris remedijs veluti forti naui, pręmu[illegible] tus: etſi poſt longam quinque menſiu[illegible] reſiſtentiam durum difficile que mal[illegible] æger noſter præclarus cordata vicit [illegible] tientia. & odierna luce portum ſanita[illegible] quem optabat, ſecuro calcat pede.

æger erat ematiatus.

æger ſanus fuit factus.

In præſenti igitur tractatu omiſſis [illegible] liquis affectibus qui ad maiorem expl[illegible] tionem tamquam cauſas tanti mali i[illegible] nuper dicta narratione, recenſuimus, [illegible] lum fiet præcipuus ſermo de hac me[illegible] branarum, & ſanguinis fæculēti eiect[illegible] ne, & cæteris ſymptomatis quibus tu[illegible]

tem-

temporis præmebatur.ad cuius ægritudinis curationem ſolum modo fui conuocatus. hancque membranarum ſanguinolentarum eiectionem quam curauimus mirãdam appellamus, & alta ſpeculatione dignam.

Caput 3. vbi redditur ratio quare obſeruatio hæc ſit admiranda.

SEd ne admirandę inſcriptio videatur ad placitum præſenti adaptari obſeruationi, & abſq; alia quam Iactantiæ cauſa admirandæ nomine inſigniri, ex duplici parte tali poſſe Gaudere appellatione,demonſtrare intendã.primo, ex parte ægritudinis. Secundo ex parte ipſius curationis.ex parte ægritudinis triplici ratione, primo ex nouitate formæ excretorum, ſecundo quomodo in tanmagna ſanguinis excretione,ſymphoma tumq; copia poſſit æger ſuperſtes eſſe.& tertio ex noua forma periodi, quam obſeruabat. miramur etenim quando aliqua res nobis numquam viſſa ſeſe ofeſt, vel quando ea videntur, quorum cauſæ non ita libere intellectui noſtro patent.

Vnde

Vnde antiqui philoſophari inceperunt: vt rerum quas mirabantur cauſas inueſti garent. vt Ariſtoteles lib. 1. metaph. c. 2. demonſtrat. ergo cum propter nouitatē iſtiuſmodi obſeruationis, cauſæ primo intuitu non paterent, antequam eaſdem philoſophando inquiramus Iuſta ratione admirandam (vt faciebant antiqui) nuncupamus.

Et vt tria membra prædicta comprobemus ex nouitate formę dicimur admirari: quia omnes medici, qui ante me ægrum inuiſſerunt, nec quos poſtea conſuluimus, etſi maxime ſenes, & tan experti, quam lectione librorum exercitati: ſe numquā talē rē vidiſſe fatebantur. memini tamem Tralianum referre mulierem quamdam quæ grandi ſame teneretur (quàm Græci Βελίμον vocant) vermem data hiera eieſſiſſet qui longitudine duodecim cubitos, & eo amplius, habere putaretur. Sed hoc non ſolum inferius ſec & ſuperius noſtris temporibus eiectos fuiſſe a fide dignis audiuimus; imo & al quos & ſi non tantæ magnitudinis nos vidiſſe teſtamur. Sed hoc quid mirum, cum facile ſit ex eodem agente & paſſo diſpoſito, materięq; copia, paruos in dies

li. 7. c. 6.

dieſq;

dieſq;augeri,& tandiu increſcere ad inteſtinorum longitudinem: quandiu remedia ſatis fortia, ad ipſos eiciendos nō fuerint adhibita. Vnde nec tantę admirationis dignum videtur quod Doctiſſimus valeriola, de Petro ratono Vinitore recenſet libro primo ſuarum obſeruationum obſ.9. mirumq; & numquam viſſum apellat poſt cōtinuam ſcilicet febrim, membranam eieſſiſſe magnitudine viginti palmorum:ſed cum ex albo in luteum colorem vergeret ex pituita cōpactas eſſe ab ipſo valeriola cōfeſſum eſt. quæ quidem et ſi quandiu vias percludebant homini eſſe obnoxias nō dubitem, tamen poſtquam eiectæ fuere, nihil incommodi paſſa fuit natura, nullum vas reſeratum, aut corroſum reliquit. nec quidquam magis, quam ſi vermes latos eieſſiſset, mirādum erat.cum eadem fuiſſet materia non tantum a naturali calore elaborata. Sed nihilominus ex nouitate rei Doctiſſimus valeriola rem admirandam eſſe perſuadet ergo maiori ratione poſſumus in preſentia ita loqui.ſiquidem ex ſanguine, ſimiles fieri membranas,formam viperę referentes, ſtrijs & ſquamis veluti conſignatas & quando

laba-

labebantur ſanguineam aquam recede
tes, & ſiccę ſanguinem nigricantem re
pręſentantes, raro euenit, imo nouum vi
detur. etiam ſi ſicut & huic ægroto &
alijs poſſe euenire non dubitem.

Secundo ex quantitate ſanguinis ex
creti ſympthomatumq; copia nos poſſ
mirari quis dubitat? quo modo ſcilic
poſt tantam euacuationem potuit ſub
ſiſtere & tan macer tot doloribus & an
mi deliquijs oppreſſus reuiuiſcere? San
guis enim vt omnium philoſophorum
medicorũ eſt concors ſententia natur
teſaurus eſt & natiui caloris fomes tu
etiam ſcimus ſanguinis immoderata p
fuſſione concoſtricem hepatis faculta
& natiuum calorē minui eoſq; in aqua
inter cutim cadere pronos eſſe necn
in mille alia incõmoda: quæ ad morte
facile ægrotos ducunt. mirum eſt er
in tanta & tam longa ſanguinis effuſſi
ne, in tan laborioſa membranarum di
rum formatione, & eiectione, non vn
ſed multis vicibus repetita: non vna, ſ
diuerſis ſymphomatum differentijs c
mitata: quo modo uires ſatis eſſe po
rant, cum multoties pulſus deficerent
nihil amplius caloris natiui reſtare ui
re-

retur. tum inquam ex prędicta ſanguinis effuſſione, tum etiã ex magnis & aſiduis vomitibus, quibus aliquando erat vexatus & inde debilitatus.

Tertio periodus, quem obſeruabat ægritudo ſatis dabat occaſionem ſpeculã di: vnde etenim Iudicabimus euenire fere ſeptenis diebus ſemper hoc accidere, & præcipue die ſabbati. certe niſi velimus ad ſuperiores cauſas confugere, nõ ita manifeſte clarebit. non enim dubitamus, ſaturnum poſſe hoc efficere mouendo melancholiam die, & horis ſibi dicatis. nam ſanguis dum putreſcit, craſſior pars in melancholiam, tenuior in bilem cõuertitur. Vt Gale. 2. de differentijs febrium. cap. 9. demonſtrat. vnde cum in iſtis excretionibus maior pars fuiſſet melancholica: præcipuè illa ex qua prædictę membranulę componebantur facile a Saturno moueri poſſet iudicari. ſed ſi ſic eſt vnde melãcholicus humor in quartana febri ex quarto in quartum repetitionẽ facit, nullo planetarum ordine ſeruato, certe aliunde, quod cum nobis nõ ita ſit manifeſtum redditur ad mirabile: vt latius in inquiſitione cauſarum demõſtrabimus.

De-

Deniq; ex parte curationis eodem prorſus modo mirari poſſumus nam (ꝗ Donatus inquit) admiratio ab ignoran tia procedit: ſed curatio magis quam æ gritudo ignorabatur. ergo non mini miranda, imo magis debet appellari. m norem probo ex eo quod cognitis aff ctus cauſis, & eſſentia indagata; curati nis perfectio veluti recondita maneb Sed nihilo minus Deo duce, veram m thodum curatiuam inuenimus & ita p pria medicamenta indagauimus, vt n perfecta ſanitate gaudeat ergo non m ſolum, ſed omnibus miranda debet nu cupari.

admiratio ab ignorãtia procedit.

Igitur ex hijs omnibus non ad plac tum ſine ratione nos fuiſſe locutos qu do admirationis nomine noſtram o ſeruationem inſigniuimus poſſumus c cludere vt ad pręcipuam & propoſit ægritudinis enodationem deueniam Et hunc tam ſinuoſum nouumq; affe explicemus.

admirationis nomen non ad placitum.

Caput 4. de nomine & eſſentia huius æg tudinis & eius complicatione.

HIs itaque præmiſſis prius quam particularem, curationem acc

mus

mus,oportebit altius ſpeculari, eſſentiã, ſympthomata,cauſas,ſigna, partem affe ctam tanti mali, & inde prognoſtica,tã in generali,quam particulari. Vt ſic faci le, quidquid factum eſt.methodo fuiſſe factum vnuſquiſque poſſit Iudicare.

Igitur vt de eſſentia huius ægritudinis loquamur,nõ vnum,ſed plures morbos Iudico hic fuiſſe repertos; tamen cũ ſubordinatione, ita vt vnum ſympthoma alterius cum fuerit alium morbum pro ſympthomate haberet. quod fieri multoties Galenus, de differentijs ſympthomatũ c.6.nos docet.quo poſito.ipſorum explicationem agreſſus dico,primum & veluti radicalem morbum parti ſimilari eſſe proprium: intemperiem ſcilicet præter,naturam calidam,& ſiccam hepati adherentem, actionem ſanguificandi deprauantem, iecoris que opus corrumpentem: Vnde non dilutum ſanguinem,ſed multiformiter vitiatum, ſemper tamem craſſum, & aduſtum (vt apud.Gal.& Auiſ.eſt videre)& multoties pellucidum,fætidum, & fęculentum, & ſine ſplendore gigni conſueuit. Vnde propter craſſitiem diuturnam moram in iecore,& vicinis partibus faciendo,

affectus idẽ eſt eſſe morb. ſympthoma.

morb. 1.

G.l.5.de locis aff. c.7. Ar.13. f.4.at.1. c.5.

morb. 2.

do,obſtructionem,& inflationem pari[illegible]
morb. 3. bat,& alius morbus in via ex quantita[illegible]
adaucta creabat. quiquidem humor [illegible]
coctioni reſiſteret incraſſabatur, & ang[illegible]
ſtias iecoris intercipiendo, tranſpirati[illegible]
nem prohibebat, & putredinem nece[illegible]
rio cauſabat,& inde febrim. tertius ia[illegible]
morbus in intemperie ſcilicet, calida [illegible]
ſicca,qua eger noſter clariſſimus pręm[illegible]
batur.

4. *morb.* Tamen diutius retentus huiuſm[illegible]
ſuccus,per vlteriorem aductionem, i[illegible]
atram bilem exquiſitam tranſiuit, q[illegible]
cum maxime corroſſiua eſſet,ora vaſ[illegible]
mordicando,aperuit,ipſaq. vaſa corr[illegible]
ſit.vnde in pręſentiarum quartus & [illegible]
5. *morb.* cipuus morbus(ſolutio continui dict[illegible]
emanauit,& inde ſympthoma mirac[illegible]
ſum in exeunte mutato a ſola ſubſtan[illegible]
G.9.de membranam dico ſanguinolentam,[illegible]
dif.ſym. mam viperę referentem,quam in pr[illegible]
c.6. pio depinximus.

Ex ijs denique per conſenſum gr[illegible]
6. *morb.* ſympthoma in concoctrice, & rete[illegible]
ce Ventriculi ſubortum in cauſa era[illegible]
multoties,& indigeſtos cibos euome[illegible]
& cum ipſis aliquando extrauaſſati [illegible]
guinis portiunculam nam ſanguis in[illegible]

triculu[illegible]

triculum effuſſus vomitum facit: vt Galenus tertio de ſymptomatũ cauſis affirmat. vnde ſextum, & vltimum morbum in intemperie frigida ſthomaci, cum diminuto calore natiuo, & ipſius debilitate ægrum noſtrum conflittare, luce clarius patebat.

Sed poſtquam hanc morborum ſinuoſam ſeriem enodauimus, ſpeciatimq; vniuſcuiuſque eſſentiam explicuimus: ne tanta nominum diuerſitas, & nobis confuſionem pariat & ęgroto diffidentiam timoremque conciliet: reſtat nomen aliquod commune perquirere: quod ſubſe quantum poſſibile fuerit, has morborũ differentias includat, etſi non omnes, ſaltim eas, quę notatu ſunt digniores. erit igitur hic affectus appellãdus pſeudo fluxus hepaticus, ſeu vt alijs placet, pſeudo dyſenteria hepatica. dyſenteria tamen, ſecundum quid, non vero ſimpliciter loquendo. Nam vt Gal. lib. 6. de locis affectis cap. 2. & Auiſcenas dicunt. dyſenteria inteſtinorũm ab ijs quę ab hepate profluunt, ita diſcernitur: nam ab initio tenuis ſanies ſanguinis ab hepate deicitur, deinde aucto malo, craſſus humor, fęcibus vini, haud abſimilis. pręterea in

nomen mei cęteros includens.

Ar. li. 3. f. 14. at. 4 c. 2. & f. 16. at. 1. c. 3.

C hepatis

hepatis excretionibus, nihil abraſſu...
expellitur atq; interdum duorum a...
trium dierũ interuallo ſupprimitur eu...
cuatio, deinde rurſus reddit malum, at...
exernuntur excrementa prioribus mu...
to peiora. id vero per inteſtinorum vlce...
ra haud quaquã apparet ergo aliquom...
do, in quãtum in effuſſione ſanguinis,...
vaſorum corroſſione conueniunt, dyſe...
teria dici poteſt. etſi cum addito hepat...
ca, propter differentias, nuper dictas...

Sed an hepaticus fluxus poſſit appell...
ri non eſt ita receptum. quare pro rec...
intelligentia notandum eſt, ſanguine...
ab hepate quadrupliciter poſſe exire, v...
Galenus de ſympth. cauſis li. 3. c. 2. circ...
finem dicit primo, quando quæ per alu...
exernuntur, purum ſanguinem repræſe...
tant, qualis ex mactata victima citra vl...
vitium, prodire aſſolet. ſecundo quand...
quæ deiciuntur, ſanguinolenta quoq; e...
ſtunt: ſecum tamẽ deferunt bilioſorum...
aut prauorum ſuccorum nõ paucam c...
piam: quam dixit Hip. lienoſis & man...
cis non parum prodeſſe. quæ ex iecor...
colliquatione, necnon ex ſanguinis vſti...
ne & feruore ſæpe fit. tertio modo, ſa...
guis exernitur fætulẽtus, niger craſſuſ...

qua-

qualis fex ſanguinis, aut amurca eſt quā ſane excretionem inter hepaticas dyſenterias, licet improprie, tertio aphor. Gal. & alibi alij recētiores numerarunt. Quarta, & vltima excretio, & quæ vere conſtituit hepaticam dyſenteriam. eſt in qua, ſanguis adhuc decernitur. cæterū adeo aquoſus, dilutus, & fluidus: vt nihil aliud repreſentet, quam aquam, cui parū ſanguinis addideris. de qua Gal. lib. 5. de locis affectis. cap. 7. in fine, ſic inquit. igitur „ cum albi ſedimina aquæ in qua nuper „ mactata, caro abluta eſt ſimilia eſſe vide „ ris efficaciſſimum vouis ſignum ſit, affe- „ ctionis hepaticæ: hæ præcipuè, quæ ob „ imbecillitatē ipſius fiunt. quod & Auiſ. lib. 3. f. 14. tract. 2. c. 1. refert.

Verum, licet hęc ſola crudioris ſanguinis excretio, Iure optimo, fluxus hepaticus eſt cenſendus: cum hoc tamen, vitioſi vel vt cumq; alterati ſanguinis profuſſio, habita fuit veteribus, dyſenteria hepatica: vt retulit Galen. 5. de locis affectis cap. 2. & 4. & Paulus lib. 3. cap. 47. nos vero pſeudo hepaticam non veram neq; legitimam eſſe, arbitramur. ſiquidem, non ex imbecillo hepate, ſed ex intemperamento, quo non imbecillitat

ſanguificandi potentiam, ſed vitiat, a
interturbat, & praua labe afficit, ſangu
ficandi actum, ortum ducit. Sed vt ma
gis hoc manifeſtetur, ſcire oportet Iec
duobus modis intemperari: vno cum i
temperamentum adeo ad Iecoris ſubſ
tiam peruenit, vt vires eius, & propriu
caloris humidum, & pabulum diſſolua
qua lege, imbecillitate contracta, nece
ſum eſt, in proprio ſanguificandi mun
re deficere. altero modo citra imbecill
tatem intenſa videlicet, aut remiſſ
qualita te aliqua, vt calore, aut frigore
quę tamen non dum naturalem conſti
tionem ita labefactet, vt vires imminua
tur: ſed potius eorum actus vitiet, & .
fertur apud viros non mediocris erud
tionis: hepaticam fieri, ab intemperi
quæ vires ſanguificę potentiæ imbeci
tat: & pſeudo hepatica, ab intemperan
to, ſanguificationem vitiante. quipp
aliud eſt facultatem ſanguificam imbe
cillem fieri, quo ſanguis crudior euadi
aliud ſanguinem ipſum, aliena qualitat
fædari. non ob potentię defectum, ſe
ob qualitatis alicuius exeſſum: quam ie
cur male affectum arceſſit. ergo cum e
calore pręter naturam iecori adauctum
ta-

alem effectum venire creddiderim: vt x ſignis patebit, reliqum eſt nos ſatis be e ſpuriam, pſeudo vè dyſſenteriã hepaicam hanc affectionem appellauiſſe. vt atius ex proprijs ſignis patebit.

Caput quintum de loco a quo exibat ſanguis & per quam particulam.

SEd quia cum primum ad ægrum acceſſi, ipſum hęmorrhoidali fluxu laborare mihi fuit dictum, nec aliunde ater iſte ſanguis deriuari crederetur. ſigna quibus id non eſſe conſpeximus, & ab hepate originem ducere credidimus, adducam. vt nullus de hac re, dubitandi locus relinquatur. & primo ab Hęmorrhoidali fluxu hunc diſtinximus ex eo quod licet Hemorrhoidalis ſanguis per podicẽ exernitur: tamẽ citra ventris leſſionem, aut tranſitum per ipſum viſcitur: ad cruẽtis inteſtinorum excretionibus Iure optimo ableganda. tum propter aductam rationem, tum quod ſanguinis etiam natura, ab alijs diſideat: quod in hac ſplendẽs ſit, & facile concreſcat: in alijs verò ſecus, ac ſi aliquando concreuerit, non tamen in eius concretione, apparet illa ſe- *differentia flux⁹ hepatici ab emorrhoidali*

roſa humiditas,quę in ſanguine Hem-rhoidali,& fęculento rarius ſuccreſc-tum deniq; quia ſi eſſet ab hęmorrhoi-bus, ſine ventris rugitu exiret, & m cum illo: vt in hepatica affectione,& -ſu noſtro exibat.& quando ex colore ſ-guinis,& concretione, hæc ſatis non -ſtarent, nec differētia percipi potuiſſ-ex duritie,calore, & iecoris dolore, q-ad tactum percipiebam. hāc eſſe parte-affectam clareſcebat & aliter eſſe nō p-ſe ex membranarum eiectione,probab-tur.ſiquidem,in inteſtinis erant con f-tę: vt poſtea videmus, & non eſt dicen-dum hęmorhoidalem ſanguinem retr-cedere,& contra naturam, ad inteſti-accendere,& per tot dies augeri,intuſ -recondi, ita vt in quotidianis excreme-tis,nihil commixtum exiret: ſed ad fo-mationem iſtarum membranarū ad v-cam expulſionem reconderetur. cu-hoc,tam abſq; ratione, quam impoſſib-le videatur. Vnde ſatis patet,differenti-& rationes quibus hunc ſanguinem eflu-è iecore coniecturauimus: & veritate-inuenimus.quibus ſimile adhuc argum-tum adiunximus.Si ab Hæmorhoidibu-hic ſanguis prorumpit, maximè ab in-

ternis,

ternis,per venas miſeraici rami, qui ab ſplenico oritur in inteſtinum rectum, & muſculos in anū terminatos:nā externę Hæmorhoides, ſi eſſent,ad viſum paterent. Sed ab internis non, ergo a nullis. minor probatur ex eo quod ſi internas pateretur Hæmorrhoidas,grauiſſimum dolorem in illa parte ſentiret. ſpinter enim neruoſa quędam ſubſtantia eſt quę neq; vſtionem,neq; ſectionem facile ferrè poteſt,ſine conuulſione.deinde habēt è vicino oſſe ſacro,ductos neruos, & extremę partes ſunt,quales acerrimum habent ſenſum,neq; ſine periculo offendūtur:īdicio eſt epollice pedis ſubita mors. apud Hip.1. epidemiorum & leſis extremis digitis, dolor grauiſſimus, & pudendis & ſedi. Rectitudo quoq; & tenuitas neruorum plurimum facit ad doloris sēſum.quæ omnia indicant, non ſine cauſa,plenioribus vaſis,& diſtenta membrana ſedis,quæ orificis venarum prętenditur: a plenitudine, aut inflamatione accutiſſimum dolorem excitari, qui ſæpe ad ſe totam curationem traducit.ſed æger noſter nullo in hac parte dolorem affligebatur,nulla in clyſmis iniciendis erat difficultas, nulla in excrementis red

 den-

dendis anguſtia, ergo certiſſimum & in-
dubitatum ſignum, erat, ipſum Hæmor-
rhoidibus non laborare. ſed potius vt ex
dictis, & ſignis dicendis patebit, pſeudo
dyſenteria Hepatica, cruciari.

Sed poſtquam à iecore hanc fluxionem
originem ducere, cognouimus, a qua i-
ſius particula, & per quæ loca, & venas,
& quomodo, hoc proterat exire: ex cer-
tioribus ſignis licet perpendere.

particula a qua exit ſanguis. Et quantum de particula ex qua exit
poſſum conicere, a ſima iecoris parte ma-
gis quam agibba hoc euenire Iudicaui:
ſiquidem per ramulos venę portæ, hanc
fieri euacuationē inuenimus. quæ quidem
a centro, & concaua iecoris parte origi-
nem ducit vt infra latius videbitur. tum
etiam hanc partem magis eſſe vitiatam
maius excrementorum, quam urinę u-
tium demonſtrabat. nam ut Gal. de ca-
tharticis purgātibus ſuperiorem uentrem
inquit. ex hepate & ſimo eius, humores
per uentrem educendi ſunt: ex gibbo
autem per urinas. ſed ſic eſt quod una-
quæq; res ſapit naturam eius aquo de-
ciditur ergo urina, ſapiet naturam gib-
bæ & fæces ſimę partis intemperiem.
ſed in præſenti caſu, urina, multo minus
di-

iſtabat a Naturali temperatura quam lui ſedimina : ergo clare patet partem imam multomagis gibba, affectam fuiſ e. Et ſi per ſympathiam,& continui al- erationem, gibbam: ſatis intemperari, non dubitauerim.

Quantum ad loca & venulas per quē ſanguis iſte exibat, maior adeſt difficul- *venulę p quas fluxio fiebat.* tas: tamen dicendū duco non niſi raro p eaſdē miſeraicas regurgitaſſe, per quas alimentum, ſeu chylus in truncum venę portę ad ſanguificationem defertur ad ſthomachum . Sed per alios ramos eiuſdem venę, in inteſtina propagatos , & ibi tam ad ipſorum nutritionem, quā ad chyli aliqualem attractionem, productos, quorum diſtributionem, breuiter explicare decreui, vt clarius noſtra percipiatur concluſſio.

